



217. 3.

DISPUTATIO
DE
TESTAMENTIS
ORDINANDIS,


Quam
Deo Ter. Opt. Max
Auspice

Præside

CLARISSIMO VIRO DO-
MINO TILEMANNO Judesherkog I.
V. D. & supremi iudicij ducatus Brunsvicensis
aduocato solertissimo hora & loco
consuetis defendere co-
nabitur

HENRICVS SCHAPERVS
Lemgoiensis Westph.

HELMARSTADII
Typis hæredum IACOBI LVCII.
ANNO M. D. XCVIII.





AMPLISSIMO,
VSU RERVM ATQVE
EXPERIENTIA PRAESTANTISSI-
MO VIRO, DOMINO FRIDERICO *Zur Strott*/
generosi comitis, ac Domini, Domini
Simonis à Lippia, praefecto ar-
cis *Varenholz* vigilan-
tissimo:

Itemque

ERVDITIONE AC VIR-
TVTE EXIMIA, PRAEDITO VIRO
DOMINO IODOCO VVOLFFIO
in eadem arce comiti Lippiano
à rationibus,

*Dominis Mecanatibus, patronis ac promo-
toribus suis plurimum
colendis,*

Haec studiorum primitias in grati animi symbolum &
perpetuae observantiae testimonium,

Dedicat & offert

Henricus Schaperus Lemg.
Respondens.



THESIS I.



Estamentum *a* est suprema voluntas, qua hæ-
res aliquis instituitur *b*.

a testatione mentis ita dictum, teste Iustiniano:
quem immerito Grammaticuli vident: nam per
Metonymiam hoc optimè fieri potuit, ut exprime-
retur venustas Paranomasia. Duar. ad tit. qui test.

fac. poss. *b* alia extat definitio Modestini in tit. qui test. fac. poss. qua
nobis propter generalitatem non placet. alia Vlpiani in l. quarebatur ff.
de testam. milit. quam verissimam existimat Dominus Vulteius. Sed
nec hanc approbare possumus cum iuxta Aristotelem in uno verbo de-
finitiones consistere non possint. Diss. Vig. Duar. & pleriq; ad hunc tit.

II.

Diuiditur testamentum in paganum & militare *a* item
in scriptum & nuncupatium *b*.

a Olim tria erant testamentorum genera, quorum meminit Iusti-
nianus in princ. Inst. de test. Gell lib. 15. c. 27. *b* §. ult. Inst. h. t. l. 21. §. 2.
h. t. Duar. ad hunc tit.

III.

Testamentum facere possunt ij, qui non prohibentur;
prohibentur autem serui *a* filij *b*, item de statu suo erran-
tes vel dubitantes *c*.

a l. filius ff. h. t. & ne Domino quidem permittente hi testamentum
condere possunt. Duar. ad hunc tit. ubi adducit auctoritatem Pliny.
b l. filius h. t. l. 9. ff. h. t. C. l. 14. & l. 15. h. t.

IIII.

Hinc duæ pulchræ se offerunt quæstiones.

1. An filius. de bonis aduentitijs, in quibus pater non ha-
bet vsumfructum testari possit *a*.
2. An & Monachus testamentum condere possit *b*, vtrum-
que negamus.

A 2

a per

a per l. 3. ff. h. t. Diff. Vand. 1. quaest. 1. *b* Cornar. de test. cap. 2. nu. 5.
Diff. Iason ad hunc tit.

V.

Prohibentur etiam capti ab hostibus *a* obsides *b* damnati poena capitali *c*.

a l. 8. h. t. l. 10. de test. milit. §. ult. quibus non est permis. fac. test. in bello contra Turcas & alios infideles: inter Christianos enim bella civilia sunt, quoniam Ecclesia, Christianorum communis quaedam ciuitas intelligitur; in bellis autem civilibus captiuitas nulla est, qua seruitutem inducat. l. si quis ingenuum. de capt. & post. reuers. *b* l. 11. ff. h. t. *c* l. 8. §. 1. h. t. nisi milites sint. l. 6. §. 6. de iniust. rupt. test. Hodierno autem iure damnatos testari posse existimamus. V. Vesenb. in parat. h. t. nu. 13. Diff. Vasq. 3. contr. illust. 96.

VI.

Testari prohibentur quidam ob defectum corporis, vel animi: corporis vt surdus & mutus *a* item caecus *b*.

a Vigl. ad §. 3. h. t. *b* l. hac consultissima C. de test. §. Caecus. Inst. h. t. nisi testetur iuxta formam in d. l. hac consultissima praescriptam, Ius autem Pontificium huic solennitati derogauit, c. cum esses. de test. Dnar. d. loc.

VII.

Ob defectum animi testari prohibetur impubes *a* mente captus *b* furiosus *c* & prodigus *d*.

a §. 1. Inst. quibus non est permis. fac. test. Huic tamen olim tribus casibus testamentum facere licebat. Cuiac. lib. 3. sent. Paul. puberem hoc casu intelligimus qui agit supremum diem anni 14. vel 12. Dnar. d. loc. *b* §. furiosi vers. sed & mente captis Inst. h. t. *c* d. §. furiosi. *d* l. 18. h. t. Non autem putamus prodigo ipso iure bonis interdici, Cuiac. ad l. 6. de V. O. diff. Donel. in d. l. 6.

VIII.

Præcipua testamentorum solennitas consistit in testium adhibitione: Testes esse prohibentur intestabiles *a* item mulier *b* furiosus *c* & impubes *d*.

a l. 1. & l. 18. de test. §. 6. Inst. h. t. ubi Vigl. *b* l. 20. §. 6. h. t. Ratio prohibito-

hibitionis hac est, quod testamenta plerumq; obnoxia erant falsitati-
bus, ad quas evitandas mulier qua infirmioris erat iudicij repellēba-
tur, Duar. d. loc. c nisi furiosus dilucida habeat intervalla, & eo
tempore testimonium dicat quo omnia prudenter agit l. 41. de R. I.
d §. testes autem inst. h. t.

IX.

Servus etiam *a* prodigus *b* item hæres scriptus *c* testes
esse prohibentur: vt & domestici tum hæredis, tum etiam
testatoris *d*.

a §. 6. Inst. h. t. Asscriptitij itaq; cum pro servis habeantur testes in te-
stamento esse non possunt. Don. 2. com. 9. Diss. Cuiac. ad Rub. tit. C. de a-
gric. & cens. *b* l. is cui lege & l. cum lege ff. h. t. *c* l. nullus ff. de te-
stibus & l. omnibus C. eodem. nemo enim in re sua idoneus testis esse po-
test. Legatarij autem testes esse possunt. §. legatarijs Inst. h. tit. An au-
tem tam in nuncupatio quam in scripto testamento testes esse possint
controuertitur. Nos eos in scripto duntaxat testes esse posse existima-
mus. Duar. ad h. t. C. de testib. in test. idon. *d* Domesticum hic acci-
pimus qui est sub potestate, nam domesticus etiam is non dicitur qui
est eiusdem agnationis vt male sentit Duar. quem optimè refutat Re-
nardus 2. var. resol. 8. Donel. tract. de test. cap. 3.

X.

In solenni *a* testamento testes idonei adhiberi debent
numero septem *b* & ad id specialiter rogati *c*. Atq; iste nu-
merus adeo requiritur, vt testamentum coram paucioribus
celebratum ne quidem in foro animæ obliget *d*.

a in minus solenni autem pauciores sufficiunt vt militari arg. l. 12.
de test. item in testamento inter liberos. l. hac consultißima §. ex imper-
fecto C. h. t. ad pias causas c. cum esses ext. eod. & in eo quod fit tempore
pestis. *b* §. 3 Inst. h. t. l. 12. & 21. C. h. t. *c* Paul. 3. sent. 4. & ibi Cuiac.
l. 21. §. pen. h. t. *d* Grass. in §. testamentum quest. 54. nu. 4. Ripa ad l.
55. n. 27. h. t. Conar. ad c. cum esses de test. n. 8.

XI.

De solennitate testamenti præterea est, vt testes adhi-
biti omnes vel per se, vel si ipsi nequeant per alium subscri-
bant

bant *a* item vt signacula sua apponant *b*. Quid autem si annulos signatorios non habeant, anne alio instrumento characterem habente vti possunt? affirmamus *c*.

a l.22.§.4.h.t.l.21.C.eod. *b* l.22.§.4.h.t. *c* d.l.22.§.4. & 5. *Connan.9.com.2. qui d.l.comparatè intelligit. Diss.Vigl.ad §.5.h.t. aliter Hott.1.obs.20. & Don.6.com.8. qui d.l.accipiunt negativè.*

XII.

Nuncupatiuum testamentum fit sine solennitate scripturæ etsi in scriptis redigi possit *a*: vtrumq; autem testamentum vno actu & contextu absolui debet *b*.

a *Immol.in c.cum esses.de test.* *b* l.heredes 21.§.ult.h.t.l.cum antiquitas 28.C.eod. *Vnde deducimus contractum in testamento celebrari non posse Clar.§.testamentum quest.75.*

XIII.

Hodie subsignationum solennitatibus opus non est cum opera notarij publici testamenta conficiantur.

Des Reichs abscheidt in comitijs Colon.1512.sub tit. von den Testament. §.vnd sollen die notarij.

XIV.

Militare testamentum est quod milites faciunt in expeditione *a* coram duobus testibus, quocunque modo nuncupetur vel subscribatur *b*.

a *in princ.inst.h.t. An autem hoc priuilegium testandi etiam lan iis victualibus competat, hic inquirere libet? Negatiua nobis verior videtur.l.6.C.h.t. Diss.Dd.communitè.* *b* *in pr.Inst.h.t. Nam in hoc testamento nuda semper testatoris voluntas sufficit. l.1.h.t. & potest pater filium hoc casu ex certa scientia praterire. Vasq.§.24.num.33. Diss.Dd. pleriq;*

XV.

Testamentum perfectum tam diu manet, donec infirmetur. Infirmatur vel ipso iure vel per officium iudicis. Ipso iure rumpitur vel irritum fit. Rumpitur agnatione sui hæredis *a* & testamento posteriori condito *b*.

c *S.r.*

a §.1. *Inst. de exhered. liber.* §.1. *Inst. quib. mod. test. infirm.* *Gail. lib. 2. obs. 114.* *b* §.2. *Inst. quib. mod. test. rump.*

XVI.

Irritum fit testamentum testatore capitis diminutionem maximam vel mediam passo *a*. An autem minima capitis diminutione quæ per adoptionem vel emancipationem contingit testamentum irritum fiat in quæstionem vocatur. Negantium partes sequemur *b*.

a §.4. *Inst. h. t.* *b* *Eleganter Vigl. ad §.4. h. t. contra Dd. communiter.*

XVII.

Officio iudicis quomodo testamentum infirmetur, dicemus in disputatione de quærela inofficiosi testamenti.

COROLLARIA.

I.

DUbia est quæstionis an illud ius quod de præteritione militis constitutum est per nouellam 115. c. aliud sit immutatum. Nos cum communi sentimus illud mutatum non esse.

II.

An in testamento pestis tempore facto duo testes sufficiant? Affirmamus.

Geil. lib. 2. obs. 118. Diss. Angel. in l. fin. C. de test.

F I N I S.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second line of faint, illegible text.

COLLARIA

Third line of faint, illegible text.

Fourth line of faint, illegible text.

Faint text at the bottom of the page.



ULB Halle

3

003 913 791





Sb.

107







257. 3.